

Quidam rursus ad h. Seniores

Mr. Ramon Estabill y

Mr. Federico Ufano.

Madrid 4 de Noviembre 1827 Presid. de Jose Pardo

De rethorica artis origine, pro academico nunciando honore ceram vobis dicturus Perillustis Academia, Consores ornatissimi, maximum opere prelium me facturum existimavi, si facultatem cogitationes suas exprimendi a natura hominibus inditam ab incurvabulis peneritarem, simul et artem que facultatem ejusmodi elegantiore[m] ornatiore[m]que reddidit, ut id ipsum melius efficere, animi affectus movere, ipsis quodammodo imperari, et tandem delectari, valeret. Argumentum equidem latissimum, et quod plurimam dicendi Copiam suppeditat; at ipsa illius latitudo mihi cause est cur timeam ne munus injunctum dignitate huic spectabili Consessui debitam possim explere, ac proinde me laude, quam summis votis expeto, non dignum exhibeam. Sicut quidem homo acerrimi judicii flumine pre-

ſitus, artiumque bonarum peritiſſimus poterit feliciter  
remotiſſima retro ſecula permeare, ut rationem in-  
veniat, qua homines primū ſermonem ſecum  
invicem contulerunt, illincque ſermonis curſum, ſic  
non interrupta, usque ad poliſſioris litteraturæ eta-  
tem feliciffimam perſequi, qua homines jam mini-  
me loquendi facultate contenti atque idipſum  
elegantè ornateque perficere volentes, varias ſer-  
monis rationes doctrinæ methodo comprehenderunt,  
usque dum præceptorum corpus et collectionem  
efficerent, que nunc ars rethorica nominatur.  
ſtrumque mihi in præſentiarum curandum eſt,  
cum enim ars rethorica ars ornate loquendi  
deffiniatur, de facultate loquendi primo, ſecundo  
vero de ſermonis ornatu diſcerendum videtur, ut  
meo muneri fiat ſatis cui inquam implendo me  
idoneum parūm exiſtimo. Cum tamen de re pro-  
porita loqui necesse ſit, diſſertationem hanc du-  
as in partes pace Veſtra distribuam in prima  
de ſermonis origine, in ſecunda vero de origine  
rethorice ſum dicturus.

Porro cum ſermonis originem in prima diſſer-  
tationis hujusce parte inquirendam ſuſcipimus,

2  
non de illa loquimur à natura hominibus pres-  
tita cogitationes suaj exprimendi facultate, que  
quidem ex eorum institutione et arbitrio ab ini-  
tio non pendere nemo est qui nesciat. Inter  
plures, ipsasque præclarissimas dotes à Supremo  
natura opifice gratis homini prestatas merito  
illa videtur numeranda, qua hic rationis com-  
pos, paulo minus ab Angelis minoratus, super  
opera manuum illius constitutus, et ad imaginem  
et similitudinem sui effectoris effectus, à reliquis  
mutis animantibus distingueretur, ipseque suis si-  
milibus, quibuscum societate conjunctus vivere  
decerneretur, cogitata posset pandere, consilia  
conferre, communisque vitæ necessitatibus occur-  
re familiaritate vermonis: hac equidem sublata,  
difficile dictu est quot societatis humanæ com-  
moda tollerentur, nec enim essent conjuncti homines,  
neque civitates constructæ, nec imperia erecta, nec  
leges, nec criminibus supplicia proposita,  
aut meritis premia: nec agnoscerentur navi-  
gationis ars, nec bellandi peritia, nec scientiæ  
colerentur nec pluribus aliis hujusmodi com-  
moditatibus gauderet humanum genus: unde  
perfectissimum operum Dei, tenebris densissi-

nis implicatum, opus ita dignum sui Auctoris  
perfectionibus nequaquam appareret. Sibi igitur  
ipsi, suisque perfectionibus debebat Deus  
hominem loquendi facultate præditum eforma-  
re. Loquimur ergo de verborum electione atque  
ratione res per verba significanti, circa quam  
in varias vatesque inter se diversitas opinionum  
abierunt eruditi: Horum alii vim et potentiam  
quam voces habent res significanti, à natura  
ipsa petitam existimaverunt, quamdam natu-  
ralem connexionem, perceptiones inter et verba,  
per que perceptiones significantur, apprehen-  
dentes, de quo nobis infra redibit sermo. At  
cum illa naturalis connexio in quolibet systemate  
nos nisi ad minimam locutionis partem possit  
extendi, tanquam arbitraria et ab hominum  
institutione dependens existimanda videtur cujus  
rei illa vel maxima potest afferri ratio, quo  
scilicet unaqueque Sensus proprias sibi voces  
ab aliis diversas, ut suas exprimat percep-  
tiones, assumpserit

Mirabilis est equidem perfectionis status,  
ad quem usque artificialem hanc metho-

3

dum sese invicem communicandi homines per-  
venerunt. Sermonis facultas quasi vehiculum  
quoddam, quo etiam delicatissimo, ac subtilis-  
sime animi commotiones alio transferuntur,  
effecta est: neque solum sensibilibus, quae nos  
circumstant, rebus et objectis nomen jam ab  
hominibus est inditum, neque adinventâ ratio  
pluribus vitæ necessitatibus subvenienti: sed  
etiam minutissima ipsorum objectorum rela-  
tiones signatae sunt, invisibiles etiam animi  
sensus descripti, atque notiones et idea à rebus  
abstractissima intelligibiles factae: unde etiam  
omnes illae, quas scientiis detegere, aut phan-  
tasia datum est efformare, viis propriis nomi-  
nibus distinguuntur.

At vero sermonis perspicuitate vocum et verbo-  
rum multiplicatione jam habita, etiam  
ipsius ornatus tentatus est, ac tandem  
acquisitas. Quasi parum esset cogitationes nos-  
tras aliis ostendere atque aliorum scire etiam  
in hoc voluptatem et delectationem inquirimus.  
tantumque abest quod homines vitæ necessi-  
tatis sermonis facultate satisfacere conten-

ti sint, quin potius ipsas facta sit in-  
per luxus et oblectationis argumentum?  
Sed ne sermonis incurabula tanquam im-  
perfectioris ipsius fastidiosi cito relinquere  
videamur, et quasi premature ad perfec-  
tionem usque transisse, parva initia quae  
olim habuisse necesse est, et plura eaque  
magna obstacula quae progressus illius im-  
pedire conarentur ac superare debuit, ve-  
rio animo recogitemus; et si varias artium  
inventiones non mirari non possumus: si qua-  
si humanae rationis monstra proclare que-  
dam inventa novissimis temporibus facta  
respicimus, nulla sane inventio aequae admi-  
ratione digna est, ac sermonis structura,  
quam primarum ac magis incultarum  
status opus fuisse necesse est, si quasi hu-  
mana inventio sit consideranda. In hac  
pro nunc conveniamus hypothesis, ut argu-  
menti propositi intima perscrutemur: ad  
hoc autem status et circumstantias hu-  
mani generis quo tempore linguae extrui

ceperunt, nobis obijciamus.

4

Sane homines tunc temporis nullam, nisi domesticam, hancque imperfectam valde societatem efformabant, illorum enim vivendi ratio, ut prole venatorum et pastorum alios ab aliis separare debebat: in hoc statu, cum adeo essent divisi, cum ita rarum et infrequens illorum esset commercium; quomodo in quibusdam, tamquam rerum et idearum signis, vocibus adoptandis secum convenirent, qua demum auctoritate voces propagari haecque potius, quam illae, ad has potius res, quam illas exprimerendas ab omnibus suscipi, valere et significare potuerunt.

? Ad hoc sane quorundam valtem hominum conventionem pactumque praecessisse necessarium videtur; atque quanam ratione pactus aut conventio absque sermonis facultate locum haberet.? En nodus, en difficultas non ita facilis extricari, mirabilis sane, serivaeque attentione dignissima: quomodo sermonis structura sine hominum conventionem, aut hominum conventio sine ser-

monis structura supposita, loquendique facultate  
obtaineri potuisset, et quid cui praesidere debuisset  
nemo facile dixerit. Si autem insuper curio-  
sam, quae in omnibus linguis invenitur, analo-  
giam, atque profundam omnibusque commu-  
nem, qua consistere videntur, rationem attentius  
perpendamus, auferentur difficultates, atque tot  
tanque magna undique observantur, ut  
haec hypothesis relicta, prima loquendi facul-  
tatis origo divina institutioni ac doctrinae  
resario sit adscribenda.

At quamvis loquendi facultas divinam habue-  
rit originem non tamen supponendum est  
corpus quoddam verborum perfectum et abso-  
lutum fuisse homini simul datum: probabilius  
videtur Deum eas tantum voces primos pa-  
rentes docuisse quae illius temporis statusque  
circumstantiis magis aptabantur, illis permit-  
tens ut ipsas ampliores et meliores efficerent,  
sicut fecit aliis in rebus prout futurae ipso-  
rum necessitates exigent.

Si periodus aliqua temporis verborum inven-  
tioni praecedens supponatur, evidens est homi-



5

nes cogitationes suas invicem sibi communicare non potuisse, nisi per clamores, affectus quibus agitantur vivide exprimentes: unde exclamations ille quas gramatici interjectiones appellant, futurus ab dubio fuerunt prima sermonis initia et elementa. Deinde imitatio possibilis objecti vocibus exprimentis debuit sermonem ampliore effecere, ita ut qui voluerit rem mollem significare voce item molli, qui vero asperam et duram, aspera item et dura voce uteretur. Hinc Stoici voces a natura vim habere significandi voluerunt, mel enim aiebat, dulciter sonat, crux dure asperitas asperere, repres voce ipsa aures pungunt, quod idem dicendum videtur de balatu ovium, susurrato ventorum, bombo crabronum, murmure riborum, hinnitu equorum, tinnitu Campanarum, sibilo Serpentium. Atamen Platoricorum opinio, vocum significationem a mere hominum arbitrio et conventionem derivatum magis hodiernis evulsi aridum videtur, cum illa analogia inter res et verba in objectis ad visum pertinentibus et in nominibus notiones morales significan- tibus nequaquam inveniat. quod quidem serius apparet si nuperrima cujusque lingue

integra constructio tantisper attendatur: etenim  
quo plus homines à prima illa linguarum  
originis rusticitate progressu temporis deviarunt,  
eo plus obsectorum analogiam quasi fuerunt  
obliti, eo plures sermonis necessitates invenerunt,  
eoque plures voces ad necessitates ipsas signi-  
ficandis excogitare fuerunt coacti, unde vete-  
res lingua multo magis rursus, gerlibus, et  
interjectionibus scatebant: in illis nominum  
et verborum inopia nutibus, signis, atque  
clamoribus supplebatur, in his vero, tot nomi-  
nibus quot sunt res, veramque notiones, inven-  
tis, vetus ille loquendi modus non adeo ne-  
cessarius visus est, paulatimque defecit.

Hinc primi illi sermones animatiores vehe-  
mentioresque, hi autem novissimi locuple-  
tiores plenioresque evaserunt: non tamen  
ideo illa suppletoria vocum auxilia omnino  
fuerunt à recentioribus relicta, quibus etsi  
verborum inopia compulsi non uterentur,  
cum etiam minutissima animi motiones  
ideoque abstractissima jam verborum copia  
nominibus designari possent, illa vero  
ornatus delectationisque gratia utenda

reservarunt non enim jam de rerum sig- 6  
nificandarum inopia subveniendo, cum verba  
satis superque omnibus exprimendis inven-  
ta fuerint, sed de gustui et voluptati satisfi-  
ciendo agebatur potissime.

Id quod de verborum accidentibus mediis-  
que suppletoriis ut signis et exclamationibus  
dictum est, videtur etiam de verbis ipsis  
rerumque nominibus dicendum. Adinventam  
jam verborum Copiam loquendi facultate,  
quasi lingue adhuc essent rebus omnibus  
exprimendis parum idonea quasi non omnes  
voces ad rem quamcumque proprie significan-  
dam haberent, necesse existimatum est adop-  
tare impropria quedam et translatitia vo-  
cabula que arte et electione usurpata  
leporem sermone et pulchritudinem affe-  
rent, que troporum nomine intelligenda  
venerunt. Plerumque etiam straordinaria  
quedam loquendi ratio ad orationis orna-  
tum fuit introducta, que figura com-  
muniter appellatur.

En jam de rethorice origine pauca teti-  
ginus, de qua in secunda dissertationis hu-

juxta parte agere proposuimus.

Quamvis plurimum artis rethorica peritorum sit opinio hanc à civili nationum libertate originem ducere, Frustraque mihi in locis administratione Democratica rectis esset quorundam, quamvis illi adstruant libertatem esse veri ingenii nutricem, spiritum erigere, spem hominum stimulare, nobilemque emulationem, ceterisque excellendi desiderium, producere, quae omnia ad oratoriam artem optima exercendam conducunt: quamvis inquam longinum in tractatu de sublimi prope finem, post alios plurimos, quos longum esset dinumerare, in eadem videam esse sententiam, meo quidem judicio Monarchica regimina, modo culta sint, nec unquam persicasi Principis voluntatis omnino derelicta, sed prudentia et aequitate directae, aequè ac democratica ad oratoriam exercendam esse idonea prudentium nemo invenit inficias. Hujus veritatis testis designari potest Gallia, in qua Ludovico XIV regnante plus fortassis eloquentiae quam

in reliquis Europa provinciis quae omnimoda  
civilis libertate fruebantur, datum est invenire: 7  
maximum enim discrimen Monarchica inter  
et tyrannica imperia statuendum est et  
agnoscendum: in his profecto stat pro ratione  
et lege sola Principis voluntas, quin jus  
sermonis facultate defendere subditorum cuilibet  
concedatur: in illis vero, Monarchicis scilicet,  
jus omnibus subditis Principum equita-  
te ratum et firmum, legumque cautione  
santum tectumque est; unde id ipsum ser-  
monis eloquentiaque usu et si defendere  
nemine prohibetur: Quin potius sub Monar-  
chico regimine nunquam loquendi peritia  
ambitionis, machinationis, et doli instrumen-  
tum erit, ut fit sub Democratico. Stric-  
tioribus terminis circumscripta in foro tan-  
tum et pulpito exerceri potest, unde ab  
illis magnis publicarum rerum scenis ex-  
cinitur, in quibus hominis spiritus facilius  
explicatur, res maximi momenti aguntur,  
et ideo persuasionis arti impensius incum-  
bitur. Ubicumque ergo homo aliis homi-  
nibus plus praecellere potuit rationis et

sermonis auxilio, quod accidit profecto sub  
regimine Democratico, ibi abs dubio magis  
exercita fuit vera eloquentia, et ad usque  
perfectionem deducta.

Inutile ergo esset ad primas mundi sta-  
tes ascendere pro designanda oratoris ut  
artus persuadendi origine, sicut et antiqui-  
tatum orientalium monumenta detegere. Donec  
Græce Respublice statuta sunt, nullum illius  
invenitur vestigium: ipse illam celebrarunt,  
ut æquè nunquam antea vel post celebrata  
est et illustrata.

Græcia à primò sui statu in plura parva  
imperia dividebatur, quæ eodidem Principes,  
tyranni nuncupati, regebant. Hiis postea  
expulsi, ingens numerus successit Demochra-  
ticorum Regiminum penes quæ, libertatis  
amantissima, summa imperii fuit à pug-  
na Maratonica, usque ad tempus quo  
Alexander Magnus Græciam subjugavit,  
hæc non longa temporis periodus, quæ  
centum et quinquaginta annis non  
amplius perduravit, magna Poetarum  
philosophorum at præsertim celeberrimorum

Oratorum turbam protulit, ita ut quamvis 8  
philosophia ac poesis ultra prædictam epo-  
cham apud Græcos floruerint, eloquendi ars  
nullos penitus progressus, ipsa peracta, habui-  
sse videatur.

Omnium illorum Democraticorum regiminum  
oratoria præditissima fuit abs dubio Athe-  
narum Respublica. Athenienses acerrimo  
iudicio præditi erant callidi ac perpicaces  
quibus frequentes publicæ rei vicissitudines  
ocasionem eloquendi publicè offerebant sub  
Democratico regimine, cuius magisterium  
penes populi collectionem erat, et à iudicibus  
plebis cito constitutis administrabatur; publi-  
ca negotia per sermones et rationes age-  
bantur leges, pax et bellum decernebantur,  
renunciabantur magistratus, quin etiam  
civium minimus à supremis eorum cati-  
vus excluderetur.

In tali rerum statu facile est intelligere  
quantum omnes persuasionis studio ser-  
monisque arti, tanquam unico medio cete-  
ris excellendi, vacarent. In oratorum

dexteritate positam habebat populus omnem  
suae felicitatis spem. Illique summam in elo-  
quendo adhibebant curam, cum unusquisque  
de suarum deliberationem consecuturus esset  
ad populum responsurus. Ideo non inutili  
aut turgida eloquentia, qua vanos populi  
plausus conciliaret, sed vera ac gemina  
docendi et persuadendi ratione sedulo in-  
cumbere satagebant.

Gens ergo sic acuta, atque aceri iudicio pra-  
edita non se sinebat falli orationibus tantum  
ad oblectandum dispositis, sed argumentorum et  
rationum aposite productarum pondere gravi-  
bus, ita ut etiam vulgus emuncta nare pro-  
leret, et de oratoris virtutibus optime iudicaret.  
In magnis publica rei angustiis, cum populus  
aliquo gravi imminentique discrimine pre-  
mebatur, civibus omnibus pro capiendo deli-  
beratione in unum collectis, factoque ab He-  
raldico signo ut si quis quid dicendum ha-  
beret, in medium proferret, vana declamatio-  
nes, sophistica ratiocinia, orationes turgida,  
cachinns atque sibilatibus fuissent exceptae,  
aut oratores, forte à conventu adeo rerum



publicarum tractandarum perito, acriter ob-  
jurgati. Tremebant ergo quicumque erant  
ad populum sermonem habituri scientes se ad ip-  
sum de suis opinionibus responsuros; unde factum  
est ut inde inter factiones interdum insurgentes  
rerumque publicarum contentiones oratoria non  
minus nervosa atque naturalis sciret quam  
inter negotiorum reserui gymnasiarumque late-  
bras qua nobis ad oratorias exercitationes vi-  
derentur aptiores

9  
Pisistratus, Solonis coaevus, fuit juxta Plutar-  
chus primus ex Atheniensibus qui arte ora-  
toria excelluit, illaque usus est ad supremam  
capiendam potestatem quam deinde moderate  
fuit exequutus. Oratorum, qui ab hujus  
tempore usque ad bellum Peloponnesiacum flo-  
ruere pene nulla est apud historicarum scrip-  
tores memoria. Pericles, qui hujus belli initio  
dicensit, primus eloquentiam usque ad eum  
perfectionis gradum exesi ultra quem pos-  
tea non est progressa. Post eum, stante bello  
Peloponnesiaco floruerunt Cleon, Alcibiades, Cricias  
et Demamenes, Athenienses cives eloquentiaque  
celeberrimi, non quia hujus artis studio ex-

prossio vacarunt sed quia utilissima schola  
publicorum negotiorum, ubi homo ingenium  
acuit sermonisque excersendi consuetudinem  
et facilitatem nanciscitur, a pueritia edocti  
sermonis eloquutionisque publice evaserunt  
periti. Eorum orationis vehementes erant  
nervose concise et ideo quoddammodo plene  
claritate carentes ut de ipsis oratoribus  
sentit Tullius: grandes inquit erant verbis,  
crebri sententiis compressione rerum breves,  
et ob eam ipsam causam interdum sub  
obscuri. Modus quidem alius ab eo qui tem-  
poribus nostris in popularibus concionibus  
videretur adhibendus, et sufficiens valde  
ut acerrimam illorum ceterum peropi-  
caciā agnoscere valeamus.

Cum autem post Periclem popularis elo-  
quentiæ utilitas indies augetetur, visa  
est oriri hominum usque tunc incog-  
nitorum multitudo, qui rethorici et inter-  
dum sophista communiter appellantur,  
inter quos fuere Prothagoras, Prodicus,  
Trasimus et Gorgias Leontinus qui cete-

ris omnibus abs dubio præcelluit. Hi  
 sophiste arti rethorice, cuius erant periti, logi-  
 cam subtilissimam adungebant, qua nonnum-  
 quam aliis hominibus fucum facere videban-  
 tur. Ex illis unus Gorgias publicus eloquentie  
 magister fuisse dicitur, in qua edocenda tantam  
 apud Hesontium Siciliæ, ubi natus fuerat, lau-  
 dem gloriamque nominis acquisivit, ut etiam  
 munismata ipso illius nomine euderentur.  
 Stilius ejus ratiæ subtilis est anthisteribus,  
 verbisque acutissimis plenus, et quousque  
 Græcorum subtilitas studium verborum exe-  
 perit, satis ostendit

In horum autem rethororum more positum  
 erat, discipulos non solum oratoris canonibus  
 percallendis instruere, verum etiam oratio-  
 nibus componendis assidue exercere, nulla  
 habita ratione bonitatis aut malitiae  
 causarum, quas defendendas susciperent:  
 imo potius maxima illis erat laus unam  
 eandemque causam aequali sermonis dex-  
 teritate defendere ac impugnare: unde  
 talium hominum culpa de vera actum  
 est eloquentia, ejusque loco subtilis ac

sophistica persuasionis ars, pro imponendo  
hominibus introducta. In hoc igitur primo vere  
eloquentia corruptores invenit magnus Socrates:  
solidis ratiocinationibus detegebat eorum sophis-  
mata, hominumque attentionem ab irrepente  
rationis et sermonis abusu ad saniores et uti-  
les ideas atrahere satagebat.

Eodem ferme tempore, quo Gorgias deontinus,  
floruit etiam Socrates, non contemptibilis elo-  
quentia, vir cuius orationes nobis adhuc su-  
persunt: hunc fuisse sentit Cicero pompe  
magis quam pugna aptiorem, ad voluptatem  
aurium accomodatum, potius quam ad judi-  
cium certamen. Harmoniam quasi musica-  
lem in suis solutis orationibus adfectavit  
et versuum numerositati summopere studuit,  
primus quidem qui hanc orationum struen-  
darum methodum dicitur induxisse, quare  
a plerisque reprehenditur, ipse vero eloquen-  
tiam docendo nedum rem familiarem notabi-  
liter ausit, verum etiam non ignobilem adep-  
tus est nominis celebritatem, qua motus Aris-  
toteles suas rethoricas Institutiones scripsit,

11  
ut oratorum curam ab affectata illa verbo-  
rum armonia avocaret, et ad veram persua-  
dendi artem adduceret. Isocratem proleserat  
Lisias qui tenuis vel subtilis stili normam  
praebuit, purus admodum et atticus, nec mi-  
nus simplex et ab affectatione alienus; vi-  
gore tamen vacuus et in quibusdam orationi-  
bus frigidus.

Isicum, qui ejusdem ferme aetatis fuit, vix ag-  
novimus nisi quia magni Demosthenis ma-  
gister extiterit; quod plus ad laudem ejus  
nominis facit, quam quodcumque judicium  
de ipsius orationibus esset ferendum: Demos-  
thenem enim omnibus, quotquot oratores nun-  
cupari meriti sunt, eloquentiae gloria longe  
praecipue, et ob hanc causam oratorum Prin-  
cipem fuisse jure merito nuncupatum, nemo  
est qui nesciat. Affectatum et floridum retho-  
ricorum sui temporis modum contempnit De-  
mosthenes virilem et nervosam Periclis elo-  
quentiam restauravit: ideoque vis et vehemen-  
tia quasi proprius sunt sui stili character:  
quandoque asperus est unde ad genus aus-

terum potius quam dulce pertinere videtur  
etsi • qua labe inuri possunt orationes illius,  
hac profecto, quod quomodoque aride vint et  
vehementes, quod Dionicius ab Halicarnaso ni-  
mia Tusculidis imitationi tribuit, quam stili  
magistrum sibi elegit, et cujus historiam octies  
manu sua videtur transcripsisse: hi autem,  
et siquis alii in ejus scriptis inveniuntur  
novi ab admirabili sua eloquentia vi, qua  
omnium et tunc audientium et nunc legentium  
animos ad se trahere conspicitur, in nihilum  
rediguntur, et obscurantur. Mortuo Demosthenes  
Graecia suam libertatem amisit unde Graecorum  
eloquentia paulatim elanquit et paulo post  
tempore penitus reperit. Ab hoc ergo tempore  
de nullo alio nota celebris oratore agitur  
ab historicis.

Graecia postea a Romanis armorum vi devicta,  
Artes Graeca hac occasione populo Romano an-  
tea rudi, liberaliumque imperito disciplinarum, in-  
vectae sunt, quas omnes studiosissimi Latini summa  
opera excoluerunt, oratoriam praesertim, at eandem  
apud Romanos ac apud Graecos sortem obtinuit,

12  
ut populi libertatem pressis vestigiis insequeretur.  
Reipublica tempore satis compertum est quid flo-  
ruere eloquentia laude viri celeberrimi, at illo  
peracto, ac Romanis Imperatoribus Consulum  
Romanorum loco suffectis, vetus loquendi vis in-  
dies decrevit, donec tandem penitus interiret. Ita  
certum est oratoriam artem à civili populorum  
libertate originem ducere, eandemque ac ipsam  
libertatem sortem subire. Sed de proposito oratoris  
originis argumento jam dicta sufficiant, postquam  
sermonis ortum, et ad usque perfectionem, qua nunc  
conspicitur, tractum et progressus, rethoriceque artis  
originem ac celeberrimorum Rethorum modum  
et stilum, qua per tempus licuit celeritate, suc-  
rimus persequuti: in quo obundo munere si  
fortasse non sumus ex sententia deo loquenti,  
hoc, Censores Sapientissimi, imperitiae meae in his  
pertractandis rebus nunquam exercitati, obsecro  
concedatis.

Dixi.

D. D. Josephus Alexander  
Præs et Salmerson